

Band VI., Nr. 1946, Seite 336-337

Graf Hartmann der ältere von Grüningen genehmigt nachträglich die teils von ihm teils von seinen Leuten und Lehensmännern zu verschiedenen Zeiten ausgegangenen Veräußerungen in Enslingen, Immenrode, Andelfingen, Waldhausen, des Vogtrechtes in Wilflingen u. s. w. an das Kloster Heiligkreuztal.

Heiligkreuztal, 1267. September 24.

Universis hanc paginam inspecturis Har[t]mannus senior comes de Grvningin rei geste noticiam cum salute. Si res geste literarum memorie commendantur, posteris aufertur occasio litigandi. Cum igitur reverende in Christo abbatisa et conventus in Valle Sancte Crvcis, quas intuitu religionis et honestatis ipsarum amplectimur toto corde, nomine sui monasterii diversis locis et temporibus possessiones subnotatas hincinde sitas cum omnibus iuribus consuetudinibus appenditiis et pertinentiis universis, videlicet curiam sitam in Ensilingin dictam Stollinhouin anno domini M^o. CC^o. L et iungerum unum vinee situm in Ymminrôd et quosdam agros et fructum dicta Nenggersbuhil et curiam in Andiluingin sitam dictam dez Langin hôf et prediolum situm in Andiluingin dictum Haginisgût et fructum situm pro foribus claustrum dictum Walters von Phlumerin et prata duo contigua rivo, qui dicitur Sôppe¹, et fructum dictum dez Zwizirers et pratum dictum Ludiwigiswise cum quibusdam agris alibi sitis et prediolum in Walthusin et ius advocatie in Wuluilingin, quo a nobis dicti de Rosinöwe fuerant infeodati, et quedam prata, que ipsis vendiderant Hainricus de Bvwunburc, et alia prata contigua rivo, qui dicitur Sôppe, que possessiones omnes et singule nobis proprietatis titulo immediate vel mediantibus nostris hominibus pertinebant, et decimam in Andiluingin de curia militum, qui dicun[tur] Stollin, et alias decimas hincinde sitas, a quibus Berhtoldus et filii sui dicti de Tentingin et Cvnradus de Schazberc a nobis fuerant infeodati, cum quibusdam agris et aliis hincinde sparsis, de quibus omnibus et singulis diversi, qui predicta eidem conventui vendiderant et aliqua donaverant intuitu pietatis, a nobis fuerant infeodati vel nobis proprietatis nomine pertinebant, accedente consensu uxoris nostre et omnium liberorum nec non reverendi patris et domini nostri Constantiensis episcopi et omnium quorum intererat, iusto emptionis titulo legaliter comparassent et hucusque sine contradictione cuiuslibet possedissent [li]bere^a et quiete, nos

^aDas Wort ist durch ein Loch in der Urkunde beschädigt.

¹Der Soppenbach, auch Saupach genannt, fließt durch das Kloster Heiligkreuztal, vereinigt sich bei Andelfingen mit dem Holzbach und gleich darauf mit der Biber.

II

cupientes quieti et utilitati dicti monasterii prospicere in futurum, predictarum possessionum et decimarum omnium venditiones e[mp]tio[n]es^b donationes et traditiones, quas per nos et nostros homines seu etiam per illos, qui a nobis fuerant infeodati, factas canonice publice legaliter et expresse presentibus profiteamur, innovantes et sup[p]lentes plenissime quidquid in predictis per nos et nostros seu etiam infeodatos a nobis factum fuerat^c minus iuste, renuntiantes ad hec una cum uxore nostra et liberis universis nec non aliis omnibus, quorum intererat, omnibus iuribus actionibus consuetudinibus exceptionibus deffensionibus legum et iuris subsidio, quibuscumque literis inpetratis vel inpetrandis, peccunie non numerate, actioni restitutionis in integrum et omnibus aliis, per que sepedicte venditiones emptiones donationes et traditiones possent a quoquam hominum in posterum enervari vel calumpniari seu in irritum revocari casu quolibet contingente.

 Acta sunt apud Vallem Sancte Crvcis, anno domini M^o. CC^o. LXVII^o., VIII^o. kalendas Octobris. Ut autem hec maneant perpetuo inconvulsa, presens instrumentum sigillo nostro munitum conscribi fecimus exinde pro testimonio et cautela. Nos Hediwigis comitissa, Hartmanni senioris de Grvningen [uxor]^d et nos Hartmannus, Cvnradus, Lvdiwicus et Eberhardus filii comitis memorati, predicta omnia et singula esse vera presentibus profiteamur, et quia sigilla propria tunc temporis non habuimus, sigillo patris nostri in hoc facto pro testimonio usi sumus.

 Datum loco et tempore supradicto.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An der Urkunde das schildförmige Siegel des Grafen Hartmann von Grieningen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1386 (WUB, Bd. V, S. 152).

^bDas Wort ist durch ein Loch in der Urkunde beschädigt.

^cIm Original verschrieben: *fuerant*.

^dDas Wort *uxor* fehlt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 457 U 587

Regesten:

UB Heiligkreuztal, Bd. 1, S. 13, Nr. 52.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Heiligkreuztal

Ortsindex:

Andelfingen Wohnplatz (17334)
 Andelfingen, Langenenslingen, BC
 Burg Schatzberg Wüstung (23952)
 Burg Schatzberg, Langenenslingen, BC, W
 Dendingen Wohnplatz (17718)
 Dendingen, Uttenweiler, BC
 Grüningen Wohnplatz (17484)
 Grüningen, Riedlingen, BC
 Heiligkreuztal Wohnplatz (17046)
 Heiligkreuztal, Altheim, BC
 Hundersingen : Herbertingen SIG
 Hundersingen Wohnplatz (21067)
 Immenrode Wüstung (21499)
 Immenrode, Stuttgart, S, W
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Langenenslingen Wohnplatz (17347)
 Langenenslingen, BC
 Pflummern Wohnplatz (17486)
 Pflummern, Riedlingen, BC
 Rosna Wohnplatz (21166)
 Rosna, Mengen, SIG
 Waldhausen Wohnplatz (17047)
 Waldhausen, Altheim, BC
 Wilflingen Wohnplatz (17353)
 Wilflingen, Langenenslingen, BC